



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Conciliu[m] Carthagi. quintu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

Concilium quintum Carthaginense.

excommunicationis hoc faciant, si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum postea penitus audiatur.

- O XIII. ¶ Itē placuit, vt si qs de alterius monasterio repertū vel ad clericatū pmouere voluerit, vel in suo monasterio maiorē monasterij cōstituere, eps q hoc fecerit, à cæterozz communio ne seiunctus, suæ tantū plebis cōione contētus sit & ille neq; clericus, neq; ppositus pfeueret.
- P XIII. ¶ Itē placuit vt altaria quæ passim pagros aut vias tanq memorie martyzz constituant in qbus nullū corpus aut reliquie martyru cōditæ pbant, ab ep̄is q eisdē locis p̄sunt (si fieri p̄t) euertant. Si aut hoc ppter tumultus populares non finit, plebes tñ admoneant, ne illa loca frequentēt, vt q rectē sapiunt nulla ibi supstitōe deuincti teneant. Et oīno nulla memoria martyzz pbabiliter acceptet nisi vbi corpus, aut aliqua certæ reliquie sunt, aut origo alicuius habitatōis vel possessionis, vel passionis fidelissima origine tradit. Nam quæ p fomina, & p inanes quas reuelatōes quorumlibet hoīm vbiq; constituunt altaria, omnimodo reprobent.
- Q XV. ¶ Itē placuit ab ip̄eratoribus gloriosissimis peti, vt reliquie nō solū in simulachris, sed in qbuscūq; locis vel lucis, vel arboribus oīmodo deleant. Aurelius eps Ecclesiæ Carthaginis supra cōphēsis in nostro Concilio statutis subscripsi. Sicut septuaginta duo ep̄i subscriperunt.

Incipiunt capitula concilij sexti carthaginensis.

- | | | | |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| ¶ Allocutio Aurelij ep̄i sancti ad synodum | 1 | Nicænum concilium seruare, pmittit | 8 |
| ¶ Rñsio Faustini ep̄i legati Romanæ Ecclesiæ de his quæ in Ecclesia partim Canone, partim consuetudine sunt firmata | 2 | ¶ Vbi Faustinus ep̄us, p dubietate recitati capituli Romano papæ petit scribendum | 9 |
| ¶ De cōmonitorio Romani papæ recitato | 3 | ¶ Vbi synodus exēplaria Nicæni Concilij magis ab oriētalibus competēda decreuit | 10 |
| ¶ Alippij ep̄i responsio pro veris exemplaribus Nicæni Concilij perquirendis | 4 | ¶ Professio fidei Nicæni Concilij | 11 |
| ¶ Vbi Faustinus ep̄us dixit, vt Romano papæ synodus pro inquirenda Nicæne synodi veritate innotescat | 5 | ¶ Rescriptum ep̄i Romæ Alexandriae Constantinopolitani cum exēplaribus Nicæni Concilij Africani synodo constitutis | 12 |
| ¶ De sententia Sardicensis Concilij recitata à postulante Nouato ep̄iscopo | 6 | ¶ Scripta Africani Ep̄iscopi ad Bonifacium vr̄bis Romæ ep̄iscopum | 13 |
| ¶ Vbi Augustinus ep̄iscopus cum synodo | 7 | ¶ Scripta Africani Concilij ad Cælestinum vr̄bis Romæ ep̄iscopum. | 14 |

Incipit concilium Carthaginense sextum: gestū

ab ep̄iscopis .CC. XVII. Era. CCCC. LVII.

R



In hoc concilio actum ē vt Nicæni conciliū ab ep̄is oriētalibus peteret, cui synodo interfuit legatio Ecclesiæ Romanæ, Faustinus, ep̄s Philippus & Afellus p̄ byteri. ¶ Post consulatum gloriosissimozz imperatozz Honorij duodecimi, & Theodosij octauū Augustozz, VIII. Calēn. Iunij, scripta hæc sunt Carthagine in secretario Basilicę Fausti, cū Aurelius papa vnā cum Valentino primæ sedis Numidiæ, & Faustino Ecclesiæ Potentini primæ sedis puincia Italiæ Piceni legato Ecclesiæ Romanæ, sed & legatis diuersaz puinciaz Africanz, id ē, Numidiæ, duarum, Bizācenz, Mauritaniz Sitifensis, & Mauritaniz Cæsariensis, sed & Tripolis, & Vincētio Culsitano, Fortunatiano, & cæteris ep̄is puinciaz p̄cōsularis, ducētis decē & septē, necnō Philippo & Afello p̄bris Romanę Ecclesiæ, cū cōsedisset astātibus diaconibus Aurelius ep̄s dixit.

¶ Capitulum Primum.

S ¶ Post diē p̄stitutam concilij vt recordamini fr̄es beatissimi multa flagitata sunt p expectantes fr̄es nostros q nunc ad p̄sentē synodum legati aduenerunt quę gestis necesse ē confocient. Quade re dño nostro de tantæ congregatōis cętu gr̄as referimus, supest vt tam exēplaria Nicæni concilij quę nunc habemus, & à p̄ribus constituta sunt, quām etiam hic à decessoribus nostris eandē firmantes synodū, vel quę sc̄dm eam formam p oēs clericozz gradus à summo vsq; in vltimum salubriter ordinata sunt in medium pferant, ab vniuerso concilio dictum est, pferant. Daniel norarius recitauit, Nicæni Concilij fidei p̄fessio vel statuta sic se habent.

T II. ¶ Et cū legisset Faustinus ep̄us plebis Potentinz puincia Italiæ Piceni legatus Romanę Ecclesiæ dixit: Iniuncta nobis sunt à sede Apostolica aliqua p scripturam, aliqua etiā in mandatis cum vestra beatitudine retranscanda, sicut & gestis superioribus meminimus, hoc ē, de Nicænis canonibus vt conseruent, & constitutio eozz & consuetudo, q̄ aliqua ordine & canone tenent, aliqua cōsuetudine firmata sunt, de his ergo si placet beatitudini vestræ tractemus, & postea cætera quæ acta vel inchoata sunt, inserta firmabunt, vt ad sedē Apostolicam rescriptis vr̄is

ptis vestris intimare possitis, atq; vos nos admonuisse apud venerabilem papam euideter pateat, licet capitula actionum iam inserta sint gestis, de ipsis ergo (vt dictum est superius) qd vestrae beatitudini placeat, agere debemus, veniat ergo commonitorium in medium, vt scire possit vestra beatitudo quid in eo contineatur, vt ad singula respondeatur.

III. ¶ Aurelius episcopus dixit, Proferatur commonitorium quod fratres & sacerdotes nostri actis nuper allegauerunt, & cetera quae acta sunt vel agenda sunt, subsequantur. Daniel notarius recitauit commonitorium fratri Faustino & filijs Philippo & Afello presbyteris, Zofimus episcopus, Vobis commissa negotia non latent, vos ita vt nostra, imo quia nostra ibi in vobis praesentia est, cuncta peragite, maxime cum hoc nostrum possitis habere mandatum, & verba canonum quae in pleniorum firmitate huic commonitorio inscriptimus, ita enim dixerunt dilectissimi fratres in concilio Nicæno, cum de episcoporum appellatione decernerent, Placuit autem vt si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eum & appellasse episcopus videat, & confugerit ad beatissimum ecclesiae Romanae episcopum, & voluerit audiri & iustum putauerit vt renouetur examen, scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant, qd si is qui rogat causam suam iteque audiri deprecatione sua mouerit episcopum Romanum vt e latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi Romani qd velit & qd existimet, & si decreuerit mittendos esse qd praesentes cum episcopis iudicent, habentes auctoritatem eius a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos vt negotio terminum imponant, faciat quod sapientissimo consilio suo iudicauerit.

III. ¶ Et cum recitaret, Alippius episcopus Tagastensis legatus prouinciae Numidiae dixit, De hoc iam superioribus etiam literis concilij nostri rescriptimus, & id nos seruatuos profiteamur quod in Nicæno concilio constitutum est, ad hoc tantum me mouet, quonia cum inspiceremus graeca exemplaria huius synodi Nicænae, ista ibi, nescio qua ratione, minime inuenimus, vnde petimus venerationem tuam sancte papa Aureli, vt quia hoc authenticum concilium Nicænum in vrbe dicitur esse Constantinopolitana aliquos cum scriptis tuae sanctitatis mittere digneris, & non solum ad ipsum sanctum fratrem nostrum Constantinopolitanum episcopum, sed etiam ad Alexandrinum & Antiochenum venerabiles sacerdotes qd hoc nobis concilium sub stipulatione literarum suarum dirigat, vt omnis postmodum ambiguitas auferat, qd nos ita (vt frater Faustinus attulit) minime inuenimus ista. Nos tamen tantisper seruatuos (vt antea dixi) donec integra exemplaria veniant profiteamur, petendum est autem literis nostris & venerabilis ecclesiae Romanae episcopi Bonifacius, vt ipse quoque dignetur ad memoratas ecclesias aliquos mittere, qd eadem exemplaria praedicti Nicæni concilij secundum eius possint scripta profertur, nunc autem memorati concilij Nicæni qualia exemplaria habeamus his gestis sociemus.

V. ¶ Faustinus episcopus, legatus ecclesiae Romanae, dixit, Nec vestra sanctitas praepiudicat ecclesiae Romanae, siue de hoc capitulo, siue de alijs, qd dicere dignatus est frater noster & coepiscopus Alippius dubios esse canones. Sed haec ipsa ad sanctum & beatissimum papam nostrum scribere dignemini, vt ipse integros canones inquirere cum vestra sanctitate de omnibus constitutis tractare possit. Sufficit autem vt & ipse beatissimus episcopus vrbis Romae sicuti vestra sanctitas apud se tractat, ita & ipse inquirat, ne contentio inter ecclesias nasci videat, sed magis charitate fraterna deliberare possitis ipso rescribente quod melius obseruari debeat. Aurelius episcopus dixit, Praeter ista quae promissimus actis necesse est, vt etiam nostrae paruitatis literis sancto fratri & confacetedoti nostro Bonifacio singula quae tractamus plenissime intinemus, ergo si omnibus placet, prosecutio nostra ore omnium condiscamus, vniuersum concilium dixit, placet.

VI. ¶ Nouatus episcopus legatus Mauritaniae Sitifensis dixit, Nunc meminimus in hoc presenti commonitorio lectum etiam de presbyteris siue diaconibus contineri qualiter ab episcopis suis vel a finitimis audiri debeant, qd in Nicæno concilio minime legimus. Vnde hoc ipsum iubeat sanctitas vestra nobis recitari. Aurelius episcopus dixit, Recite ad locum, etiam hoc quod deponitur, Daniel notarius recitauit, de appellationibus autem clericorum. i. minoris loci restat ipsius synodi certa responsio, de qua re quod acturi sitis, credimus inferenda, quod taliter dictum est ex Sardicensi concilio. Osius episcopus dixit, Quid adhuc moueat reticere non debeo, si episcopus forte iracundus (qd esse non debet) cito aut aspere commoueat aduersus presbiterum siue diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit, prouidendum est ne innocens damnetur, aut perdat communionem, habeat potestatem eiectionis vt finitimos interpellat episcopos, vt causam suam audiant, & diligenter tractet, qd non oportet negari audientiam roganti, & ille episcopus qui aut iniuste aut iniuste eiecit, patienter accipiat, vel negotium discutatur, aut probetur eius aut emendetur sententia, &c.

VIII. ¶ Cumque recitaretur, Augustinus ecclesiae Ypponis Regiensis legatus prouinciae Numidiae dixit, Et hoc nos seruatuos profiteamur, salua diligentiore inquisitione concilij Nicæni. Aurelius episcopus dixit, Si hoc etiam omnium vestrae charitati placet, responsione firmate

P Vniuersum

Epistola Africani concilij.

Vniuersum conciliū dixit, Omnia quæ in Nicæno concilio statuta sunt, nobis omnibus placent. Locundus ep̄s ecclesiæ Suffitulæ legatus prouinciæ Bizancenæ dixit, Quod statutū est in Nicæno concilio, violari à quoq̄ nullatenus potest.

F VIII. ¶ Faustinus ep̄s legatus ecclesiæ Romanæ dixit, Adhuc secundū professionē sanctitati vestræ tā sancti Alippij q̄ & fratris nr̄i Iocūdi aliq̄ firmari credo, aliq̄ firmari debeāt, cū iā in dubiū ipsi canones venerint. Ergo vt placet & vobis & beatitudini vestræ ad sanctū & venerabile ecclesiæ Romanæ Bonifaciū ep̄m vestra scribere dignet̄ sanctitas, vt & ipse q̄d S. Augustinus statuere dignatus est, deliberare possit, vtrū & hoc cōcedēdū sit an reticēdū hoc est, de appellatōibus inferioris gradus, si ergo adhuc ī dubiū venit de hoc capitulo, iustū ē vt beatissimæ Romanæ sedis ep̄s informari debeat, si tñ in approbatis canonibus hoc inueniri possit.

G IX. ¶ Aurelius ep̄s dixit, Etiā q̄ dudū vestræ charitati intimauius, nō patimini exēplaria statutoꝝ Nicæni cōcilij, sed & q̄ hic salubriter à nr̄is decessoribus secūdū eiusdē cōcilij normā formata sunt, vel q̄ nūc ordinata sunt, à nobis recitari & gestis inseri, Omne cōciliū dixit, Exēplaria fidei & statuta Nicæni synodi q̄ ad nostrū cōciliū, q̄ per beatæ recordatiōis olim p̄decesorē tuæ sanctitatis q̄ interfuit Cecilianū ep̄m allata sunt, sed & q̄ patres exēplaria sequentes hic cōstituerūt, vel nūc cōi tractatu statuimus, his gestis ecclesiasticis inserta manebūt, ita (vt superius dictū est) venerabilibus viris Antiochænæ & Alexādrinæ, sed & Cōstantinopolitanæ ecclesiæ ep̄s scribere vestra beatitudo dignet̄, vt exēplaria verissima cōcilij Nicæni sub stipulatione lras suas dirigāt, q̄ clara veritas ea capitula q̄ in cōmonitorio p̄sens frater & coepiscopus nr̄ Faustinus, & cōp̄bri Philippus & Asellus secū attulerūt, aut ibidē repta à nobis firmabitur, aut si nō inueniunt̄ collecta synodo de hoc in sequēti tractabimus. Daniel notarius Nicæni concilij professionē fidei vel eius statuta recitauit in concilio Africano.

¶ Symbolum Nicænum. Cap. X.

H ¶ Credimus in vnū deū patrē oīpotētē oīm visibiliū & inuisibiliū cōditorē, & in vnū dñm Iesum Christū filiū dei, natū de patre vnigenitū, hoc est de substātia patris, deū de deo, lumē de lumine, deū verē de deo vero, natū, nō factū, vnus substātia cū patre (q̄d Græci dicunt omouision) p̄ quē oīa facta sunt, siue q̄ in cælis, siue q̄ in terris, q̄ propter nos hoīes & p̄pter nostram salutē descendit & incarnatus est de spū sc̄to, & hō factus, passus est, & resurrexit tertia die, ascēdit in cælos, sedet ad dexterā patris, inde venturus iudicare viuos & mortuos, & in spū sc̄to. Eos autē q̄ dicunt, erat quando non erat, & priusq̄ nasceretur non erat, & quia ex nullis existētibus factus est, vel alia substantia, vel natura dicentes mutabilem & conuertibilem filium dei, hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

Epistola Africani concilij ad Bonifaciū papam

I D Omino beatissimo & honorabili fratri Bonifacio Aurelius Valentinus primæ sedis prouinciæ Numidiæ, & cæteri q̄ p̄sentes affuimus, nūero ducenti decē & septē ex omni cōcilio Africæ. Qm̄ deo placuit, vt de his q̄ vobiscū egerūt sancti fratres nostri coepiscopus Faustinus & cōpresbyteri Philippus & Asellus, necnō beatæ memoriæ ep̄o Zozimo, à q̄ ad nos mādata & lras attulerūt, sed tuæ veneratiōi q̄ in eius loco es diuina prouidētia cū rei christianæ felici prouētū constitutus, humilitas nostra rescriberet, ea breuiter insinuare debem⁹ q̄ vtrorūq̄ cōcordia terminata sunt, nō ea q̄ p̄lixis gestoz voluminibus cōtinent̄, in q̄bus salua quidē charitate, nō tñ sine paruo altercatiōis labore demorati sumus, ea gestis deliberātes quæ nunc ad causam pertinent quanquam & illæsi adhuc esset in corpore acciperet gratius q̄d videret pacatius terminatū. Dñe frater Apiarius presbyter de cuius & ordinatione & excōcatione, ac vocatiōe fuerat exortū, nō solū succēsi, verū etiā toti Africanæ ecclesiæ nō leue scādālū de oībus errorib⁹ suis veniā petēs, cōioni est restitutus, prior autē coep̄s noster Siccensis Vrbanus, q̄d in eo corrigendū visum est sine vlla dubitatiōe correxit, q̄a vero paci & quieti ecclesiæ nō tantū ad p̄sens, sed etiā in postez prospiciendū fuit, q̄nīā multa talia p̄cesserāt, vt vel similia, vel etiā grauiora, deinceps præcaueri oportet, placuit nobis, vt de Siccēsi ecclesia retento scilicet honore gradus sui presbyter remoueret Apiarius, & accepto epistolio, vbicūq̄ alibi vellet & posset, presbyterij munere fungeret, quod eidē ip̄si p̄ literas p̄prias postulātū sine difficultate cōcessimus. Sane priusq̄ hæc cā isto termino clauderet̄ inter alia q̄ diuturnis disceptatiōibus versabamur, q̄a rogatio ipsa poscebat, vt apud acta ecclesiastica à nostris fratribus Faustino coepiscopo & Philippo atq̄ Asello, cōpresbyteris q̄reremus, vt promerēt quicq̄d eis nobiscū agendū fuisset iniunctū, nōnulla quidē sine vllō scripro profecuti sunt verbis, sed cū id potius flagitaremus q̄d in literis ferrēt cōmonitoriū, protulerūt, q̄d recitatū nobis etiā gestis q̄ secū ad vos deferrēt, est allegatū, in quo eis quatuor q̄dam nobiscum gerenda mandata sunt, vnū de appellationibus episcopoz ad Romanæ ecclesiæ la

fr̄e sacerdotē. Alterq; ne ad comitatū episcopi, importune nauigent, Tertiu de tractādīs presbyteroz & diaconoz causis apud finitimos episcopos si a suis excōmunicati leuiter vel culpabiliter fuerint. Quartū de Urbano episcopo excōmunicando, vel etiam Romā euocādo, nisi ea quæ videbantur corrigenda, corrigeret, quoz omniū de primo & tertio, id est, vt Romā liceat episcopis prouocare, & vt clericoz q̄relę apud suas prouincias ep̄os finiantur, iā prio re anno etiā literis nostris ad eundē venerabilis memorię Zosimū episcopū datis insinuare curauimus, vt ea seruare sine vlla eius iniuria paulisper sineremus, vsq; ad inquisitionē statutoꝝ Nicæni concilij, & nunc de tua postulamus sanctitate, vt quemadmodū ea apud Nicæā à partibus acta vel cōstituta sunt sic ea à nobis facias custodiri, & ibi apud vos quæ in cōmonitorio attulerunt, facias exerceri, id est si episcopus accusatus fuerit & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & deiecerint eū de suo gradu, & appellasse videat, & cōfugerit ad beatissimū Romanæ ecclesię episcopū, & voluerit audiri, & iustū putauerit, vt renouetur examē scribere his ep̄is denegēt q̄ in finitima & propinqua prouincia sunt, vt ipsi diligēter requirāt oīa & iuxta fidē veritatis definiāt, q̄ si is qui rogat causam suā itez audiri, deprecatione sua mouerit episcopū Romanū, vt à latere suo presbyterz mittat, erit in potestate ep̄i qui velit & qd existimet, & si decreuerit mittendos esse q̄ p̄sentes cū ep̄is iudicent, habentes auctoritatē ei⁹ a q̄ destinati sunt, erit in suo arbitrio, si vero crediderit sufficere ep̄os, vt negotio terminū imponāt, faciet quod sapiētissimo suo consilio iudicauerit. Si quis ep̄s iracūndus, quod esse nō debet, cito aut aspere cōmoueat aduersus presbyterz siue diaconū suū, & exterminare eū de ecclesia voluerit, prouidendū est ne in oēs dānet aut perdat cōmunionē, habeat potestātē eiectus, vt finitimos interpellat ep̄os, & causa eius audiat, & diligentius tractet q̄ non oportet ei negare audientiā roganti, & ille ep̄s q̄ aut iuste, aut iniuste reiecit, patienter accipiat negotiū, vt discutiat, aut probet eius aut emēdet sn̄ia, hæc vtiq; ad aduentū verissimoz exēplarioꝝ Nicæni cōcilij inserta gestis sunt, q̄ sibi quēadmodū ipso quod apud nos fratres ex apostolica sede directi allegauerunt cōmonitorio cōtinerent de eoz ordine, vel apud vos in Italia custodirentur, nullo modo nos talia qualia cōmemorare iā volumus, vel tolerare cogeremur, vel intolerabilia pateremur, sed credimus adiuuante misericordia dñi dei nostri q̄ tua sanctitate Romanę ecclesię p̄sidenti nō sumus, iam istū typū passuri, & seruabunt erga nos ea q̄ nobis etiā non differentibus custodiri debeāt cū fraterna charitate quæ secundū sapientiā & iustitiā quam tibi donauit altissimus, etiā ipse perspicias esse seruāda, si forte aliter habēt canones Nicæni concilij. Quāuis em̄ plurimos codices legerimus, sed nusq; in Nicæno cōcilio latinis in codicibus legimus, quēadmodū in supradicto cōmonitorio mihi directa sunt, ea tñ q̄ hic in nullo græco codice potuimus inuenire, ex orientilibus ecclesiis vbi perhibent eadē decreta posse etiam autentica reperiri magis nobis desideramus afferri, pro qua re tuā q̄q; uenerationē obsecramus, vt scribere etiā ipse digneris ad illaz partium sacerdotes, hoc est ecclesię Antiochænæ, Alexandrinæ, Cōstātinopolitanæ, & si alijs etiā placuerit tuę sanctitati, vt inde ad nos iñde canones apud Nicæā ciuitatē à partibus cōstituti veniāt, te potissimū hoc bñficiū cūctis occidentalibus ecclesiis in dñi adiutorio cōferēte Quis em̄ dubitet exēplaria esse verissima cōcilij i Græcia Nicęnē synodi cōgregatę, q̄ tā de diuersis locis & de nobilibus Græcis ecclesiis allata & cōparata cōcordant. Quod, donec fiat, hæc q̄ in cōmonitorio supradicto nobis allegata sunt de appellatiōibus ep̄oz ad Romanę ecclesię sacerdotē & de clericoz causis apud suas prouinciāru ep̄os terminādis nos vtiq; ad probationē seruatuos esse profitemur, beatitudinem tuā ad hoc nos adiuturā in dei volūtate cōfidimus, cetera vero q̄ in nostra synodo gesta vel firmata sunt, qm̄ supradicti fr̄es nostri, Faustinus coep̄s, Philippus & Asellus p̄bri secū ferūt, si dignatus fueris tuę nota faciāt sanctitati. Et alia manu, Dñs noster te nobis annis plurimis custodiat beatissime frater. Amē. Aurelius ep̄s Carthaginis, Alippius, Augustinus, Possidius, Marinus, ceteri episcopi ducenti quatuordecim subscripserunt.

¶ Incipiūt rescripta ad cōciliū Africanū Cyrilli Alexandrini ep̄i, vbi autentica Nicæni cōcilij A translata de Græco per Innocentiū presbyterz transmisit, q̄ & eplistolę cū cōcilio Nicęno p memoratū presbyterz Innocentiū & Marcellū subdiaconū ecclesię Carthaginēsis sancto Bonifacio episcopo Romanę ecclesię, die sexta Calend. Decembris sunt directa.

¶ Dñs honorabilibus sanctis fratribus & coepiscopis Aurelio & Valētiniano, sed & om̄i san B cę cōgregatōi in Carthaginēsi synodo cōgregatę Cyrillus salutās in dño charitatē vestram. Rescripta veneratōis vestre multā habentia querimoniā cū omni lētitia per filiū nostrū Innocentiū p̄bri suscepti, qbus à nobis speratis, vt de scrinio nrę ecclesię verissima exēplaria ex autentica synodo apud Nicæā ciuitatē metropolim Bithinię à sanctis patrib⁹ cōstituta atq; firmata sub nostrę fidei professione vestre dilectiōi dirigamus, vnde dñi honorabiles fratres salute p̄eunte necesse habui per hæc latorē filiū nostrū Innocentiū p̄bri fidelissima exemplaria

Conciliū sextū Carthaginēse.

ex autentica synodo in Nicæa ciuitate Bithiniæ habita vestræ charitati dirigere, quod & in ecclesiastica historia inquirentes inuenietis, De pascha (vt scripsistis) nuntiamus vobis. XVII Calend. Maij nos futura indictio celebrare, Et alia manu, Deus & dominus noster sanctam virginem congregationem vestram custodiat, quod optamus charissimi fratres,

¶ Epistola Attici Constantinopolitani episcopi ad eosdem,

C Ominis sanctis merito beatissimis fratribus & coepiscopis, Aurelio, Valentino, vel cæteris charissimis in synodo apud Carthaginem habita constitutis, Atticus episcopus, Per filiū nostrum Marcellū subdiaconum nostrū scripta dilectionis vestræ cū omni gratiæ actione suscepi, dño gratias agens, q̄ merui tantorū fratrum benedictione perfrui dñi beatissimi frēs, Scripsistis sane vt verissimos canones apud Nicæa ciuitatē metropolim Bithiniæ à patribus cōstitutos, sub astipulatiōe dirigā. Et quis est q̄ comunē fidē vel statuta à patribus firmata, suis fratribus denegat? Qua de re per eundē filiū meū Marcellū subdiaconū nostrū nimīū festinantē, sicuti statuti sunt in Nicæa ciuitate à patribus, canones integros (vt iussistis) direxi, petens vt pro me plurimū vestra sc̄ta cōgregatio orare iubeat Et alia manu, Dñs noster sanctitatē vestrā custodiat, quod optamus sanctissimi fratres,

Incipiunt exemplaria Niceni concilij directa

Africano cōcilio à memoratis pontificibus post cōsulatū gloriosissimorū imperatorū, Honorij, XII, Theodosij, VII, cōf. sexto Calend. Decēbris. Symbolū.

D Redimus in vnū deū patrē oīpotentē, visibiliū necnō inuisibiliū conditorē, & in vnū dñm nostrū Iesum Christū filiū dei, natū ex patre vnigenitū, hoc est ex substantia patris, deū ex deo, lumē ex lumine, deū vērē ex deo vero, natū, nō creatū, eiusdē cū patre substantiæ, per quē oīa facta sunt, cœlestia & terrena. Qui propter nos hoies & propter nostrā salutē descendit, & incarnatus est, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die, Ascendit in cœlū, venturus inde iudicare viuos & mortuos, & in spiritū sanctum. Eos verō q̄ dicunt, erat tēpus q̄ non erat, & q̄ ex nihilo factus, vel ex alia substantia vel essentia esse, aut mutabilem, aut conuertibilem filiū dei dicunt, anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

¶ Huic symbolo fidei etiā exēplaria statutorū eiusdē concilij Nicæni annexa sunt de Græco in latinū translata à Teilone & Thearisto Cōstantinopolitano.

Incipiunt capitula eiusdem Niceni concilij.

¶ De eunuchis qui seipso abscindūt. Cap. 1.	¶ De his qui abrenuntiant, & iterum ad seculum sunt reuersi.	12	
¶ De his qui ex gentibus post baptismum ad clericatus ordinem promouentur.	2	¶ De his qui in exitu cōionem requirunt.	13
¶ De commanentibus cū mulieribus.	3	¶ De catecuminis lapsis.	14
¶ De ordinatione episcoporum.	4	¶ De clericis ne de ciuitate ad aliā trāseant.	15
¶ De excommunicatis.	5	¶ De his qui in ecclesiis in qbus prouecti sunt minime perdurauerunt.	16
¶ De priuilegijs quæ quibusdam ciuitatibus competunt.	6	¶ De clericis qui vsuras accipiunt.	17
¶ De episcopo Eliæ, id est Hierosolymorū.	7	¶ De priuilegijs presbyterorum.	18
¶ De his qui dicunt Cathari. i. mūdi	8	¶ De his qui à Paulo Samosatheno ad ecclesiam veniunt.	19
¶ De his qui ad sacerdotium sine examinatione promoti sunt.	9	¶ De flectendo genu.	20
¶ De lapsis ignoranter ordinatis.	10	¶ De obseruatione Nicæni concilij, vt nulla	21
¶ De his qui negauerūt, & habent in locis.	11	dereliquo varietas oriat in ecclesiis.	21

¶ Capitulum primum,

S I quis per languorem à medicis seclusus est, aut à Barbaris abscissus est, iste remaneat in clero. Si quis autē sanus se abscidit, istum & in clero positum abstinere oportet, & de cætero nullum taliū debere promoueri. Sicut autem hoc manifestum est, quia de his qui hanc rem excogitant, audēt q̄ seipso abscindere dictum sit, sic eos qui à Barbaris, aut à dominis castrati sunt, inueniuntur autem alias digni, tales ad clerum applicat canon.

F II. ¶ Quia multa aut necessitate, aut aliter cogentibus hominibus facta sunt cōtra canonem ecclesiasticum, vt homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & in paruo tempore catechizati, statim ad spiritale lauacrum ducantur, & simul cum baptizati fuerint promoueantur ad episcopatum, aut ad presbyterium, placuit de cætero nihil tale fieri. Nam & tempore opus est ei qui catechizatur, & post baptismā approbatio amplior, manifesta enim est apostolica scriptura, quæ dicit. Non neophitum, ne forte in superbiam elatus in iudicium incidat, & laqueum diaboli, si autem procedēte tempore aliquod animi peccatum inueniatur circa hmōi psonā

personam, & conuincatur à duobus aut tribus testibus, ipse cesset à clero. Si quis autem præter hæc facit quasi aduersus magnum conciliū se efferens, ipse periclitabitur de clero.

III. ¶ Interdixit omnimodo sanctum conciliū, neq; episcopum, neq; presbyterum, neq; diaconū, neq; ex toto eū qui in clero est habere secum subintroductā mulierem, nisi forte matrem aut sororem, aut eas solas personas quæ refugiant omnes suspitiones.

III. ¶ Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus qui sunt intra prouinciam episcopis ordinari, si autem hoc difficile fuerit, aut propter urgentem necessitatem, aut propter longitudinem itineris, omni modo tres in vnum conuenientes consentientibus, & his qui absentes sunt episcopis & spondentibus per scripta, tunc manus impositionem fieri. Confirmatio autem eorū quæ fiunt danda est vniciq; à suæ prouinciæ metropolitano.

V. ¶ De eis qui excommunicantur, siue de clero sint, siue de laico agmine, ab episcopis per singulas prouincias obtineat sententia, iuxta canones eos qui ab alijs abijciuntur, ab alijs non recipiendos. Requiritur autem ne pusillanimitate, aut pertinacia, aut aliqua alia molestia episcopi sint excommunicati. Vt ergo hoc decentius requiratur bene placuit, singulis annis per singulas prouincias bis in anno concilia fieri, omnibus simul episcopis in vnum congregatis, vt tales quæstiones requirantur. Et ita qui manifeste offenderint episcopum, rationabiliter excommunicati apud omnes esse putentur, quamdiu aut in commune aut episcopo placeat humaniorem pro his ferre sententiam. ¶ Concilia autem fiant, vnum quidem ante quadragesimam paschæ, vt omni pusillanimitate sublata, munus mundum offeratur deo, secundum autem circa tempus autumnii.

VI. ¶ Antiquiores obtineant qui apud Aegyptum sunt, & Lybiam, & Pentapolin, ita vt Alexandrinus episcopus horum omnium exhibeat sollicitudinem, quia & vrbs Romæ episcopo similis mos est. Similiter autem & circa Antiochiam & in cæteris prouincijs priuilegia propria referentur metropolitans ecclesijs. Omnino autem manifestum est illud, quia si quis præter consilium metropolitani factus fuerit episcopus, hunc conciliū magnum definiuit non debere esse episcopum, si vero communi omnium decreto rationabili secundum canonem ecclesiasticum comprobato, duo aut tres propter proprias inimicitias cōtradixerint, obtineat sententia plurimorum.

VII. ¶ Hierosolymitana consuetudo antiqua seruetur, vt Eliæ episcopus honoretur, & habeat ordinem honoris, salua tamen metropolitani dignitate eiusdem prouinciæ.

VIII. ¶ Si aliquando venerint ad catholicam ecclesiam Cathari, placuit sicut & magnæ synodo eos ordinatos sic manere in clero. Ante omnia autem hæc profiteri ipsos per scripturam oportet quod consentiant & sequantur catholica & apostolica dogmata. Hoc est & bigamis communicare, & his qui in persecutione lapsi sunt, circa quos & tempus constitutum est & dies definitus, & sequantur in omnibus, quæ placuerunt catholicæ ecclesiæ episcopo, vel presbytero, vbicunq; autem omnes, siue in castellis, siue in ciuitatibus ipsi iuncti fuerint, ordinati, qui inueniuntur in clero sint in eodem habitu, quotquot autem catholicæ ecclesiæ episcopo vel presbytero extante accedunt, manifestum est quod episcopus ecclesiæ habeat dignitatem episcopi. Qui autem nominatur apud eos episcopus presbyteri honorem habebit, nisi forte placuerit episcopo honoris eum nomine frui, sin vero non hoc ei placuerit, prouidebit ei locum aut cor episcopatus, aut presbyterij, vt in clero omnino esse videatur, quatinus non in ciuitate duo sint episcopi.

IX. ¶ Si qui sine examinatione promoti sunt episcopi aut presbyteri, vel cum discutiantur confessi sunt quæ peccauerunt, vel si ab alijs conuincantur, & confitentibus contra canonem homines commoti manus eis imposuerunt, tales canon non suscipit, sed abijcit, hoc em̄ quod irreprehensibile est, defendit catholica ecclesia.

X. ¶ Quicunq; de lapsis ordinati sunt per ignorantiam aut dissimulationem ordinantium, hoc non præiudicat canoni ecclesiastico, cogniti etenim deponuntur.

XI. ¶ De his qui præuaricati sunt præter necessitatem aut præter oblationem facultatū, aut præter periculum, vel tale aliquid quod factum est sub tyrannide Licinij, placuit sancto concilio (licet indigni sint) humanitate tamē subuenire eis, quotquot igitur sincere penitent, tres annos inter audientes sint. Qui lapsi sunt fideles, septem annos succumbant, duobus vero annis sine oblatione populo communicent in orationibus.

XII. ¶ Quicunq; vocati sunt per gratiam & primordia demonstrantes bona deposuerunt cingulum militiæ, postea vero ad propriū vomitum reuoluti sunt, ita vt aliqui & pecuniam conferant & beneficijs militiam repetant, isti decem annos succumbant post triennium auditionis tempus. Sed in his omnibus oportet discutere voluntatem & speciem penitentiae, quotquot enim timore & lachrymis & perseverantia & bonis operibus conuersionem non si-

Concilium Carthaginense sextum.

mulatione demonstrant, isti adimplentes constitutum tempus auditionis orationibus merito communicabunt, & postea licebit episcopo humanius de his aliquid cogitare, qui autem indiscrete tulerunt & ingressum sibi sufficere arbitrati sunt ad conversionem, definitum omne compleant tempus.

L XIII. ¶ De exeuntibus de corpore vetus & canonica lex custodiatur & nunc, ut qui mori sperantur nouissimo iuuamine non priuentur. Si vero desperatus communione sumpta, & oblatione percepta, iteque conualescat, sit inter eos qui orationibus tantum communicant, generaliter autem homini morituro petenti sibi communionis gratiam episcopus probabiliter oblationem ei contradat.

M XIII. ¶ De cathecuminis lapsis placuit sicut & magnae synodo, ut triennio tantum audiatur postea orent cum cathecuminis.

N XV. ¶ Propter grandem tumultum & seditiones quae fiunt, placuit omnimode auferri consuetudinem quae est contra canonem in aliquibus partibus admissa, ita ut de ciuitate in ciuitate, nec episcopi copiam, nec presbiterum, neque diaconum transferri liceat. Si quis autem post sancti & magni concilii definitionem tale aliquid agere tentauerit, aut se dederit huiusmodi negotio, cassabit huiusmodi machinatio, & restituetur ecclesiae in qua aut episcopus aut presbyter aut diaconus fuerit ordinatus.

O XVI. ¶ Hi qui facile se periculis ingerentes, neque timorem dei ante oculos habentes, neque ecclesiasticum canonem scientes discedunt ab ecclesia presbiteri aut diaconi, aut quicumque sunt in canone constituti, isti nullo modo suscipi debent ab alia ecclesia, sed omnem eis necessitatem imponi oportere ut ad proprias parochias reuertantur, pertinaces autem excommunicatos esse oportet, si autem aliquis ausu temerario subripuerit ad alteram pertinentem & ordinauerit in sua ecclesia, non consentiente episcopo a quo discesserat clericus qui in canone constituitur, infirma sit huiusmodi manus impositio.

P XVII. ¶ Quoniam plures in canone constituti cupiditate & lucra turpia sectantur, oblitique sacrae scripturae dicentis, quod pecuniam suam non dedit ad usuram, cum tenerant alijs centesimas exigunt, iuste statuit sanctum & magnum concilium, ut si quis inuentus fuerit post hanc definitionem usuram accipiens, aut aliud aliquid excogitans turpis lucri gratia, abijciatur a clero, & alienus a canone sit.

Q XVIII. ¶ Peruenit ad sanctum & magnum concilium quod in quibusdam locis aut ciuitatibus presbyteris gratia sacrae communionis diaconi porrigant, quod neque canon neque consuetudo tradidit, ut qui potestate offerendi non habent his qui offerunt corpus Christi porrigant. Sed etiam hoc quoque innotuit quod quidam diaconi ante episcopos contingant eucharistiam. Omnia igitur haec amputentur, & maneant diaconi in proprio ordine, scientes quod episcoporum quidem ministri sunt, presbyteris autem inferiores existunt, accipiant autem ex ordine eucharistiam post presbiteros eis dante aut episcopo aut presbitero, sed nec sedere eis in medio presbyterorum liceat. Quod si hoc fiat, praeter canonem & praeter ordinem probatur existere, si quis autem obtemperare noluerit, post hanc definitionem cesset a diaconio.

R XIX. ¶ De Paulianistis refugientibus ad ecclesiam catholicam definitio prolata est rebaptizari eos omnino, si qui vero ex eis praeterito tempore fuerint in clero, si quidem sine quaerela, & reprehensione fuerint, post baptismum ordinentur ab episcopo ecclesiae catholicae, si vero discussio eos minus idoneos inuenerit, deponi eos conuenit. Similiter autem & de diaconibus & omnino de his qui sub canone conuersantur, eadem forma seruabitur. Meminimus autem de diaconibus quae in eadem specie sunt, quia manus impositionem aliquam non habent, ut omnino inter laicos computentur.

S XX. ¶ Quoniam sunt quidam qui die dominico flectant genua, & in diebus penthecostes, placuit de hoc sanctae & magnae synodo cunctos in omnibus locis consonanter & consentienter stantes deum orare debere.

T XXI. ¶ Sanctum concilium traditis omnibus & rite dispositis ut ecclesiarum pax & fides in orientis atque occidentis partibus una eademque seruetur, haec ecclesiastica statuta necessario credimus inferenda.

¶ Explicit exemplar Niceni concilii.

¶ Epistola Africani concilii ad Celestinum.

V D Omino dilectissimo & honorabili patri Celestino, Aurelius, Palestinus, Antonius, Tutus seruus dei, Terentius, Fortunatus, Martianus, Ianuarius, Optatus, Celticius, Donatus, Theasius, Vincetius, Fortunatianus, & caeteri qui uniuersali Africano concilio Carthaginis affuimus, optarem si quemadmodum scitatis ustra de aduentu Apianij laetatos vos fuisse missis per presbiterum nostrum Leonem literis intimauit, ita nos quoque de eius purgatione haec scripta cum laetitia mitteremus, esset profecto & uestra & uestra modo alacritas certior, nec festinata propterea uiderentur quae adhuc tam de audiendo quam de audito praecesserant. Adueniente sane ad nos sancto fratre & coepiscopo nostro Faustino concilio congregauimus, & credidimus ideo cum illo missum, quoniam sicut per eius operam presbitero ante redditus fuerat, ita nunc posset de tantis criminibus a Thabra-

Thabracensis obiectis eo laborate purgari, cuius tanta ac tam immania flagitia decursus nisi Concilij examē inuenit, vt memorati patrociniū potius q̄ iudiciū ac defensoris magis operā q̄ discipulatoris iustitiā superaret. Nam primū quantū obstitit omni cōgregatiōi diuersas iniurias ingerēdo, quasi Ecclesiæ Romanæ asserēs p̄uilegia, & volēs eū à nobis in cōiōnē suscipi, quē tua sanctitas credēs appellasse q̄d, pbare nō potuit cōiōni reddiderat, q̄d mime tñ licuit, q̄d etiā gestorū meli⁹ ex lectōe cognosces, triduo tñ laboriosissimo agitato iudicio cū diuersa eidē obiecta afflictiissime q̄reremus vel moras coepi nri Faustini, v̄ tergiuersatōes ipsius Apiarij, q̄bus nefandas turpitudines occulere conabat, deus iustus iudex, fortis & patiens & longanimis, magno compedio resecauit. Terriore q̄ppe ac putridiore obstinatōe cōpressa, qua tñ liuidum cęnum impudētia negatōis volebat obruere, deo nostro eius consciām cohortante, & occultra quę illius in corde tanq̄ in volutabro criminū iam dānabat etiā hoibus publicāte, repēte in cōfessione cunctorū obiectorū flagitorū dolosus negator erupit, & tandē de oibus incredibilibus opprobrijs sp̄taneus, se ip̄e cōuicit, atq; ip̄am q̄q; nram sp̄em, qua eū & credebamus, & optabamus de tam pudēdis maculis posse purgari, conuertit in gemitus, nisi qm̄ istam nostrā cōfessitiā vno tñ solatio mitigauit, q̄d & nos labore diuturnioris quęstionis absoluit, & suis vulneribus qualēcūq; medelā, & si in vita ac sua consciā reluctante confessione, puidit dñe frater.

¶ Præfatio itaq; debite salutatiōis officio plurimū impēdio deſcamur, vt deinceps ad vestras aures hīc veniētes nō facilius admittatis nec à nobis excōicatos in cōiōnē vltra velitis excipere q̄ hoc etiā Nicæno Cōcilio definitū facile aduertit venerabilitas tua. Nā & si de inferioribus clericis vel laicis videt̄ ibi p̄caueri quātomagis hoc de ep̄is voluit obseruari, nec in sua puincia cōiōne suspēsū à tua sc̄itate temere vel festinato p̄propere vel indebitē videant̄ cōiōni restitui, p̄b̄orū quoq; & sequentiū clericorū ip̄roba refugia sicut te dignū est, repellat sc̄itas tua, q̄ & nulla p̄m definitōe hoc Ecclesiæ derogatū ē Africane, & decreta Nicæna siue inferioris gradus clericos siue ep̄os ip̄os suis metropolitanis ep̄is aptissime cōmiserūt. Prudētissime em̄ iustissimeq; viderūt quę cūq; negotia in suis locis vbi orta sunt finiēda, nec vnicuiq; puidētā grām sancti sp̄is defutura qua x̄ quitas à Chr̄i sacerdotibus, & prudētē videat̄, & cōstātissime teneat, maximeq; vnicuiq; cōcessum ē, si iudicio fuerit offensus cognitorū, ad Concilia puiciz suę, vel etiā v̄e puocare, nisi forte q̄sq; ē q̄ credat vnicuilibet posse deū nrm̄ examināis inspirare iustitiā, & in numerabilibus cōgregatis in cōciliū Nicēnū sacerdotibus denegare, aut quō ip̄m trāsmarinū iudiciū ratū erit, ad q̄d testiū necessarię p̄sonę vel p̄pter senectutis infirmitatē, v̄ multis alijs intercurrētibus ip̄edimētis adduci nō potuerūt. Nā vt aliq̄ tanq̄ à tuę sc̄itatis latere mittant̄ nulla iuuenimus p̄m synodo constitutū, q̄ illud q̄d pridē p̄ eundē coep̄m nrm̄ Faustini tanq̄ ex parte Nicēni Cōciliij exinde trāsmisit̄ in Cōcilijs verioribus, q̄ accipiunt̄ Nicēni à sc̄to Cyrillo coep̄o nro Alexandrinę Ecclesię & à venerabili Attico Cōstātino-politano antistite ex Autētico missis, q̄ etiā antehac p̄ Innocētii p̄b̄m & Marcellū subdiaconū, p̄ q̄s ad nos ab eis directā sunt venerabilis memorię Bonifacio ep̄o p̄decessori nro à nobis trāsmissa sunt, in q̄bus tale aliq̄d nō potuimus reperire. Executores etiā clericos v̄ os q̄busq; p̄tētibus nolite mittere, nolite cōcedere, ne famosum typū seculi in Ecclesiā Chr̄i q̄ lucē simplicitatis & hūilitatis diē dñi videre cupiētibus p̄fert, videamur iducere. Nā de fratre nro Faustino, amoto iā p̄ suis nefandis nequitijs de Christi Ecclesia dolēdo Apiario securi sumus, q̄d eum p̄bitate ac moderatione tuę sanctitatis, salua fraterna charitate v̄terius in Africā minime sustinere patiat̄, & alia manu. Dominus noster sanctitatem vestram x̄uo longiore orantē pro nobis custodiat domine frater.

Incipiūt capitula concilij Carthaginēsis septimi.

- ¶ De excommunicatis vt ad clericorum accusationem non admittantur 1
- ¶ De personis quibus clericorum accusatio interdicitur 2
- ¶ De his qui primum crimen obiectum non probarunt vt ad cetera non admittantur 3
- ¶ De personis quę aduersus clericos testimonium dicere prohibentur 4
- ¶ De eo quem solo suo testimonio præsumpserit excommunicandum 5

¶ Incipit Concilium Carthaginense septimum triginta octo episcoporum.



POST CONSVLATVM GLORIOSISSIMORVM IMPERATORVM Honorij tertij, & Theodosij octauj, Augustorum, tertio Caleñ. Iulij Carthagine in secretario Basilicę restitutę, cum Aurelius ep̄s vnā cum Faustino Ecclesię potentinę prouiciz Italij Piceni legato Romanę Ecclesię Vincentio Culufiano, Fortunatiano Neapolitano, Mauriano Vzipparēsi, Adeodato Simidico, Pentadio Carpitano, Rufiniano Muzuenfi, Prętexato Sicilibensi